



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

S. Viti monasterium, in d. Salisburgensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT LXXXVIII.

S. Aegidij monasterium, apud Noribergam.

1140.

ERectum est hoc monasterium anno Christi 1140. à *Conrado III.* Imp. Sueuorum duce.

S. Viti monasterium, in d. Salisburgensi.

1171.

1171.

FVndauit id *Diethmarus* Comes de Leonberg ac Lungionum. Leonberg, nunc Leonberg arx est inferioris Bauariæ, quam *Isara* præterfluit, Lungionum *Charihorum* pagus est ultra Taurum montem, vulgariter *Im Lungau*. *Diethmarus* filius fuit *Babonis* Comitis *Abenspergensis*, prole 32. filiorum inclyti. Hic *Diethmarus* inferiori Bauaria, ad annè *Rot*, in loco qui *Elsenpagen* dicitur, instituit monasterium pro *Benedictinis*; translatum deinde anno 1171. per huius filium aut nepotem *Volframnum* comitem de *Dornberg*, ad montem *S. Viti*, prope vicum *Neumerckt* (vnde hodie *S. Viti* monasterium dicitur) idque cum consensu *Adalberti* *Salisburgensis* Archiepiscopi & *Henrici* *Abbatis* *Ellenpæcensis*; quia locus hic multò commodior erat monasticæ quieti ac deuotioni. Hactamen legè, vt in *Elsenpacensi* Ecclesia nihilominus duo vel plures fratres ad exsequendâ ibi diuina officia permanerent.

Astipulati sunt huic translationi *Eberhardus*

duſ

dus de Iulbach, & Henricus de schauberg, prædicti Vvolframi vxoris fratres, ad quos aduocata eius loci spectabat, qui aliquot prædijs & alijs adminiculis monasterium iuuarunt. Ita Hundius.

Vrsinium siue Irsingum, in Germania.

VRsinium vel (vt nunc corruptè dicitur) *Irsingum*, olim castruum eo ipso loco conditum, vbi hodie S. Stephani templum in editiore colle conspicitur, nunc verò monasterium ordinis Benedictini amplissimum ac pulcherrimum, paululum infra Khauffburnium oppidum Imperiale, non procul à Vverachio amne, in medijs densissimisquè nemoribus situm: fundatum & locupletatum est anno Christi 1182. regnante *Friderico Barbarossa*, Sueuorum Duce, & Imperatore, ab *Henrico* Marchione de Rumsperg & eius filijs *Godefrido* ac *Bertholdo*, & *Irmelgarde* filia, in media Ecclesia ibi sepultis, cum tali inscriptione:

1182.

*Hic generosorum feliciter ossa quiescunt.
A Rumsperg Comitum Bertholdi, & God-
federici*

*Irmelgarde simul dilecta cumq; sorore,
Huius cœnobij qui primi ritè fuerunt
Auctores, vera commoti relligione.*

Ergo Deo viuant aeterna pacē fruētes.

Z

Henr i-